

„ quotannis in singulos solidos singulas foeneratoribus siliquas pariunt.“

VIII. Leo Sapiens Imperator saeculo IX. declarat, Patrem suum Basilium, cognomento Macedonem, usuram vetasse, ut divinae legi contrariam. *Usurae enim, inquit Leo Sapiens, ubique a Spiritus decreto condemnantur.* Quapropter, subdit ille, si homines divinis legibus regi se sinerent, nulla esset de legibus controversia. Verum quia valde pauci sunt, qui divinae legis vocem amplecti velint, ideo, Patris lege abrogata, usuras ille permittit, propter redundantem in humana vita pervertitatem. Spe quippe lucri, ante Basilii legem, avari homines mutuas pecunias tradebant indigentibus; rogata Basilii lege, a mutuandis pecuniis abstinere. Dicant nunc nobis *Broederiani*: Cur Leo Sapiens non edixit, declaravitque, integra lege Patris manente, pecunias in posterum non ad mutuum, sed ad interesse tradendas esse? Sed pudisset sapientem Imperatorem tam futilis commenti, tamque puerilis, ineptissimaeque distinctiunculae. Nulli hominum, ante Calvinianos, in mentem venerit nugae similes. Colligat etiam ex hac Constitutione Author: *Dell'impiego del danaro*, quam aberravit a vero, dum toties scripsit, ante proxime elapsum saeculum numquam obtinuisse morem solvendi moderatum proventum quatuor pro centum. Si quidem Leo Sapiens saeculo IX. testatur, *veteribus Legislatoris placuisse ad TRIENTES centesimae usuras coercere.* Tandem discant *Broederiani*, atque Calviniani, usuras permisisse Leonem Imperatorem propter paupertatem levandam. Inanis igitur est, & ridicularia altera distinctiuncula pauperis, & divitis. Quandoquidem, si moderatae usurae permittendae forent, potissimum ob levandos pauperes permittendae essent. Haec tamen negarunt licitas esse usuras a pauperibus perceptas; licet nullus dubitem, quin deinceps altera inter eos exoritura sit foeneratorum secta, quae propugnet, licitum esse ab iis omnibus usuras exige-

re, qui solvendo sint. Qui enim a veritate aberrant, numquam sibi constant, nec ubi pedem figant, habent. Possent posteriorum Principum cujusque fere saeculi decreta adducere, quae usurarum moderationem definiunt. Illud solum advertendum pro temporum diversitate, quantitatem usurae modo majorem, modo minorem praefinitam esse. Centesima tempore Romanorum, tempore Martini V. duodecim, aut tredecim in centum proventus moderatus erat. Nunc alicubi quatuor, alicubi sex, alibi octo. Illud penes omnes certum semper fuit; nempe quidquid sine parvum, sine magnum supra sortem accipiatur, veram usuram esse. Unum dumtaxat posteriorum temporum documentum affero. Sanctus Ludovicus Francorum Rex haec de usuris statuit. *Prohibemus districte, quod nullas usuras haberi faciant Barones, Seneschalli, vel aliae quaecumque personae.* USURAM INTELLIGIMUS, QUIDQUID EST ULTRA SORTEM.

IX. Ex his omnibus clare, evidenterque constat, Authorem: *Dell'impiego del danaro* lectores fallere qualibet fere pagina, dum ait, antiquis, mediisque temporibus non obtinuisse usurae moderatae consuetudinem. Hac quippe falsi facti positione tamquam certa ab eodem constituta, omnes SS. Patrum, Conciliorum, atque ipsius Cathedrae Tridentini luculentissimas adversus usuras sanctiones, declarationesque eludit. Ubique enim reponit, Patres, Concilia, Pontifices, detestari usuras, quae illis temporibus obtinebant. Porro istae, inquit ille, nimiae, immoderatae, & excedentes erant, ac diversae omnino ab illis, quae nunc temporis vigent. Hoc istius Authoris commentum omnium priorum aetatum Imperatores, Principes, Respublicas damnat, tamquam proprii regiminis praevicatores. Omnes arguit, quod dilaniari a foeneratoribus subditos suos permiserint, nullo umquam adhibito remedio, nulla edita lege, qua foenera ad moderatam quantitatem restringerent. Omnes denique accusat, quod

in commerciis, & mercatura moderandis, a quibus Principatum opulentiam, & temporaneam felicitatem pendere homines politici ajunt, oscitan-tes, caecique fuerint, ac pene stupidi. Porro quam vigilantes semper fue-

runt Principes in praefinienda usurarum quantitate, leges, quas indicavi, satis superque patefaciunt. Corruit itaque undecumque praecipuum adversae opinionis fundamentum.

## CAPUT V.

*Universi Operis Anacephaleosis. Documentis Cathedrae Romani, atque Episcoporum Bragadeni Veronensis, & Bossueti Meldensis, exprobandis Richardo Simonio constantem Conciliorum, Romanorum Pontificum, Patrum, Interpretum, & Ecclesiae Romanae Traditionem adversus Usuram, Broederiani ad incitas rediguntur, & Commentarius absolvitur.*

I. **T**Ota disputatio nostra praecipue in exponendis, ornandisque omni argumentorum genere Decretalis Pontificiae articulis versata est. Mutuationis, & foeneris naturae sincero penicillo depictae sunt, fucis positis. Calvinistarum inventa, Jansenistarum quorundam artificia labefactavi. Doli, fraudes, captiunculae, quibus circumveniri adversus foenera leges solent, convulsa penitus remanent. Latius, quam par erat, disputatum a nobis esse, ut media in luce duas poneremus mutui, foenerisque notiones dicturi aliqui forte sunt. At falli istos intelligent omnes, quos non latet, mutui, usuraeque naturas potissimum in discrimen adductas esse; eoque Adversariorum conatus omnes praecipue spectare, ut ejusdem mutuationis, foenerisque imaginem adulterent, confictisque pro ingenio coloribus obducant. Quare opus fuit errantes persequi, illorum ultimos adire recessus, cavillos retundere, technas referare, ut Catholicam veritatem in tuto collocarem. Finitio- nibus mutui, usuraeque pleno in lumine positus dogma Catholicum adversus usuram hoc pacto confirmavi: Articulus fidei est dari praecipuum, quod usu-

rae scelus interdicat. Quod scelus usurae distinctum peccatum est, suamque peculiarem naturam habet, quemadmodum caetera omnia peccata. In hoc aequae Calvinistae, Lutherani, Janseniani, ac Catholici conveniunt. Porro illa ipsa Ecclesia, quae nobis hoc dogma credendum, exequendumque proponit, ejusdem veram, nitidamque ideam, ac notionem perhibet. Hanc veritatem Catholicorum nemo inficiari audeat. Id patet in caeteris aliis articulis. Omnes qui Christi Evangelium profitentur, credunt Trinitatem, Incarnationem, Eucharistiam &c. At quia Ariani, Nestoriani, Lutherani, Calvinistae praefatos articulos in sensu Ecclesiae Romanae non credunt; ideo haeretici sunt. Ob hanc ipsam rationem haeretica est eorum de foenore doctrina, quae usurae crimen fatetur quidem, sed in sensu ab eo, quem Ecclesia Romana perhibet, omnino diverso. Illi quippe solum usuram mordentem, seu immoderatam, opprimen-temque pauperes pro peccato habent: secus moderatam, & a divitibus perceptam. Ecclesia Romana e contrario usuram omnem, quantumlibet parvam, non secus ac furtum, ut peccatum de-

testatur, nulla, sive pauperum, sive divitum distinctione facta. Quodcumque supra sortem accipiat, sive parvum, sive magnum, propter mutationis officium, usura est. Hæc est vera, & unica usuræ notio, quam nobis Ecclesia præbuit a lege Mosaica condita ad hæc usque tempora. In hujus propositionis confirmationem, Scripturarum, Patrum, Conciliorum, Pontificum, Theologorumque testimonia in medium attuli. Provocavi, & iterum provoco Adversarios *Broederstans*, ut ostendant nobis diversam usuræ ideam, quam Ecclesia perhibet. Nulla hic ad effugium via patet. Præceptum usuræ in innumeris fere Conciliis discussum, explicatumque est: plurimæque sunt Decretales conditæ, & quatuor proscripæ super hoc peccato theses. Alterutrum ergo præstent adversarii oportet: videlicet, aut confiteri, usuræ finitionem, quam descripsi, latam esse ab Ecclesia: aut aliam diversam, quam Ecclesia in aliquo aut Concilio, aut Cathedismo perhibeat, designare. Nullus hic tergiversationi locus. Aut, quam retuli, probent: aut oppositam ab Ecclesia datam ostendant. Definitio, quam nos retulimus a Moysè, ab Ezechiele, a Patribus omnibus datam esse, palam in hoc Commentario feci.

II. Nunc tria alia Documenta affero in eorum, quæ dixi, confirmationem, Primum est Cathedismi Tridentini pag. 3. num. 18. agentis: *Est autem usura quidquid præter sortem, & caput illud, quod datum est, accipitur.* Hæc usuræ finitio est. Effecta, malaque, quæ in pauperes potissimum (quia isti frequentius mutuas pecunias inquirunt) usura induci, Cathedismus Romanus exponit. Idque cætera Concilia præstant. Si licita cum divitibus usura esset, decessisset Ecclesia fideles, nisi id declarasset. Homicidium vetitum absolute est: at quia in bello justo, vel autoritate publica factum, licitum est: id declaravit Ecclesia. Licita est usura moderata a divitibus, a mercatoribus percepta? Et numquam id declaravit Ecclesia? Quia semper absolute, nul-

laque personarum, sive divitum, sive pauperum distinctione adhibita, usuram quamlibet, & a quocumque exactam improbavit? Ergo Author Operis: *Dell'impiego del danaro*, qui oppositum docet, aut Ecclesiam ipsam accuset necessum est, ac si in explicando dogmate adversus usuram defecisset muneris suo, veritatemque fidelibus necessario manifestandam siluisset: aut suum præfatum librum, in quo a capite usque ad calcem usura moderata a mercatoribus, divitibusque percepta defenditur, omnino retractet oportet.

III. Alterum documentum, quo vera usuræ notio proditur, transcribo ex *Doctrina Christiana*, quam Illustrissimus D. Bragadenus Episcopus Veronensis edidit anno 1742., ut Gregem sibi a Deo commissum imbueret, & ab erroribus, quos feri ab aliquibus in hac de usura controversia inaudierat, immunem servaret. Hæc autem habentur in explicatione septimi mandati Decalogi. *M. Vorrei sentire spiegato quel nome di usura. D. Il Bellarmino nella seconda parte lo spiega con queste parole.... Le usure le quali si fanno prestando danari con patto, che si rendano con tanto di più.... E ciò, che del danaro egli dice, s'intende anche di tutte quelle altre cose, le quali si danno ad altrui con l'obbligo di farne poi la restituzione, non già con quelle medesime, ma con altre equivalenti: che è quel contratto, il qual si dice Mutuo, e con più conosciuto nome prestanza, o sia prestito; nè altro può mai essere, quantunque con altro nome si chiami. E quel tanto di più, nel qual consiste l'usura, non vuole dir ciò, che i più avari esigono di più del solito, ma ogni MINIMA cosa, che si prenda di più del capitale prestato. M. Se tutto questo è vero, quelle cose adunque grandi, o piccole, che per tali contratti alcuni ricevono più del suo capitale, non saranno veramente Prò, o Frutti, come sogliono chiamarsi, ma tante usure. D. Tante usure e non mai altro saranno allor appunto, quando si ricevano come frutti, e prò delle cose prestate. Ma non così quando si ricevano per qualche titolo, o rilarcimen-*

mento, il quale sia giusto, e con giusta stima tassato, reale, e non supposto, nè sia comune, cioè di quelli, che in tutte le prestanze ordinariamente si troverebbero. Senza le quali condizioni con frode, e distruzione della legge, si verrebbe a far comparir impossibile, o almeno rarissimo un peccato, che dalla Scrittura, e da' Santi Padri fu sempre detestato, come uno de più facili, e de più frequenti. Episcopus posuit Deus regere Ecclesiam suam, iisdemque pro tanto sustinendo onere singulare infundit lumen. Istorum libri Doctrinales, seu *Doctrina Christiana*, magnæ sunt autoritatis. Quoties ab his doctrinis recedunt libri Casuistarum, plerumque nihili faciendi sunt: arcendique ab excipiendis fidelium Confessionibus Sacerdotes illi, qui propriæ Ecclesiæ doctrinam parvi faciunt, ut opinationibus laxiorum Casuistarum adhæreant. Quid quod laudata Episcopi Veronensis *Doctrina* Cl. Virorum suffragiis, severo præmittito examine, Romæ adprobata fuit? Aliorum Episcoporum *Doctrina* hoc idem de usura docent.

IV. Tertium documentum sumptum est ex secunda *Instructione* Pastoralis Illustrissimi Domini Jacobi Benigni BOS-SUET, Episcopi Meldensis in Opus inscriptum: *Le Nouveau Testament de N. S. J. C. traduit &c. avec des Remarques &c.* impressum Trevolii 1702. Porro adversus animadversionem Galli Interpretis, qui est Richardus Simonius, in illud Luc. 6. v. 35. *Mutuum date, nihil inde sperantes*, hæc scribit Episcopus Meldensis. „ La tradition „ constante des Conciles a commencer „ par les plus anciens, celle des Pa- „ pes, des Peres, des interpretes, & „ de l'Eglise Romaine, est d'interpre- „ ter CE VERSET comme prohibitif, „ du profit, qu'on tire du pret; inde „ c'est-a dire, de l'usure. L'Auteur „ a preferé a cette tradition la Doctri- „ ne de Grotius, dont il a composé „ sa Note, & qui est faite expresse- „ ment pour eluder cette prohibition, „ & pour oter a l'Eglise LE SEUL „ PASSAGE du Nouveau Testament,

„ ou le crime de l'usure est prohibé. „ Ce critique, non plus que le notre, „ n'allégué aucun Pere, ni aucun Au- „ teur Catholique: Tout lui est contrai- „ re; il se fonde sur son seul raisonne- „ ment, mauvais garant, de l'interpre- „ tation des Ecritures. Il faut donc „ rejeter la Note sur ce verset, & „ par le meme moyen supprimer le „ Desperantes, qui aussi bien, de l'aveu „ de l'Auteur, repugne a la suite du „ discours, & ne sert qu'a donner des „ dues pour obscurcir le veritable sens „ de ce passage. Il n'y a deja que „ trop de relâchement sur cette par- „ tie de la Morale Chretienne, & l'u- „ sure n'est que trop commune, sans „ encore l'autoriser par des Notes sur „ le Nouveau Testament, qu'on met „ entre les mains de tout le Monde. „ Gravissimum Viri Cl. documentum la- „ tine sic verito. *Constans Conciliorum tra- „ ditio, ab antiquioribus arcessita, illa Pon- „ tificum Romanorum, Patrum, Interpre- „ tum, Ecclesiarum Romanæ est, hunc ver- „ ficulum explicandum esse, ut prohibentem „ lucrum, quod percipitur ex mutuo, inde, „ hoc est ex usura. Huic traditioni Auctor „ (Simonius) prætulit Grotii doctrinam, „ unde suam conflatit notationem, quæ eo „ consilio facta est, ut hanc prohibitionem „ eluderet, utque Ecclesiæ unum illum No- „ vi Testamenti locum eriperet, in quo usu- „ ræ crimen prohibetur. Censor ille (Gro- „ tius) non magis quam hic noster (Simo- „ nius) neque Patrem ullum dicti sui te- „ stem appellat, neque ullum Scriptorem „ Catholicum. Quidquid horum est, illi est „ adversarium. Uno suo ille nititur ratio- „ cinio, interpretationis Scripturarum vade „ malo. Oportet igitur, ut in hunc versicu- „ lum adnotatio rejiciatur, utque eodem mo- „ do deleatur vox Desperantes, quæ per- „ inde, ut idem Auctor fatetur, repugnat „ feri: colligationique orationis, neque ul- „ tius est usus, nisi ut sensum hujusce loci „ implicet, reddatque obscurum. Nimirum „ hæc pars Moralis Christianæ vitata est, „ & usura latius grassatur, quin sit opus „ eam in Novum Testamentum adnotationi- „ bus confirmare, quæ omnium terantur ma- „ nibus.*

V. Doctissimum Episcopum BOSSUETUM de Gallia, deque universa Ecclesia optime meritum venerantur omnes. In tanti ergo Viri doctrinam oculos, animumque convertant tum illi, qui in aliis controversiis verborum apices cavillantur; tum alii, qui scribere non erubescunt, vix Antiquorum aliquem præfatum Lucæ textum usurpasse, ut interdictam a Christo Domino usuram evinceret. Author Operis *Dell'impiego del danaro* integrum Caput IV. lib. I. infumit, ut demonstrat, Textum hunc ne oblique quidem fœnus prohibere, aut respicere. *Non tratta egli quivi per ombra del prestar con usura, o senza pag. 38. .... Come mai si fa entrar qui, e da che mai si ricava un precetto generale di non dare a niuno somme di danaro con frutto: pag. 39. Egli è indubitato, che siccome in oggi, e dopo che tali parole nel moderno senso s'incominciarono a intendere, non c'è stato, e non c'è chi contra ogni pro favelli, e non lo metta subito innanzi, e non ne faccia il suo primo Achille; così sarebbe senza dubbio avvenuto ne' tempi antichi, se fossero allora state intese all'istesso modo. pag. 47. Porro subdit, majorem Antiquorum partem hunc textum neglexisse. Doctrinæ insuper variationem in Ecclesia evenisse in hac controversia hic quoque impropert, dum ait: *Dopo che tali parole nel moderno senso s'incominciarono a intendere. Audistin? Doctrina Moderna est, quæ fœnus ab Evangelista Luca vetari asserit. Verum doctissimus Bossuetus ejusmodi commenta refellit, tamquam perpetuæ Ecclesiæ Romanæ Traditioni adversa. Richardus Simonius cum Grotio, cæterisque Protestantibus Evangelicum Textum in suis Adnotationibus cavillatur. Exprobrat tamen eidem Bossuetus, quod hæretici hominis interpretamentum Ecclesiæ Catholicæ Traditioni prætulit. Quæ omnia pudore suffundere deberent scitulos nonnullos Italiæ nostræ, qui incredibili ausu Hæreticorum vestigiis insistentes, Ecclesiæ Romanæ adversus usuram Dogma, tamquam Scholasticorum inventum, derident. Episcopi**

sapientissimi, quos Deus posuit regere Ecclesiam suam, cum voce, tum scriptis clamant, omnium Theologorum choro concinente, hunc Evangelicum Textum: *Mutuum date, nihil inde sperantes, usuræ crimen interdicere. Adversus hanc vivam Ecclesiæ vocem jurantur Juniores quidam, Scripturarum, & Apostolicæ Traditionis plane imperiti. Verum in eam spem erigor, fore ut, postquam hæc documenta, simulque omnia hæcenus a nobis dicta serio perpenderit, erroneas suas opinionationes sint retractaturi.*

VI. In medium exposita in priorem Pontificæ Epistolæ partem doctrina, quæ ipsum Catholicum Dogma spectat, & convulso errore eidem opposito, in alteram ejusdem Epistolæ partem pauca, quo ad interpretandæ Decretalis ratio ferebat, dicta sunt. Quamvis enim Pontifex Summus nullam Catholicorum de contractibus peculiarem opinionem perstrinxerit; tamen regulas universales præstituit, ex quibus facile colligere quisque valeat, quinam sint, nec ne, fœneratitii contractus. Quamobrem & ego Apostolicæ Decretali insistens, quosdam contractus implicitos, & innominatos refutavi, quod omnem de medio usuram reipsa auferant. Idque potissimum præstiti, ut hæreticorum calumniis occurrerem, qui ipsam, insectari. Obiter tamen, & cursim hoc peregi, alio subinde in Opere, & ex instituto argumentum hujusmodi pertractatur. Duplex quippe Adversariorum genus Catholicæ Doctrinæ adversus usuram insidias struit, ut indicavimus. Alterum Hæreticorum, qui usuram moderatam, honestam clare asserunt. Alterum quorundam mitioris Ethices Casuistarum, qui festivis commentis omnem profus usuram aliquo honestare fūco conantur. Prioris generis Adversarios in hoc Commentario refutavimus. Alio in Opere cæterorum commenta labefactabo, omni humano respectu procul a nobis abire jussu, solaque præ oculis habita veritate. Quoniam *veritas manet, & invalescit*

*lescit in æternum, & vivit, & obtinet in sæcula sæculorum. Nec est apud eam accipere personas, neque differentias, sed, quæ justa sunt, facit omnibus. Et omnes populi clamaverunt, & dixerunt: magna est veritas, & prævalet. Esdr. 3. c. 4. Contra, sat scio, clamant tertio quoque verbo Probabilistæ, veritatem vix ac ne vix quidem inveniri posse; idcirco pro humanarum actionum regula:*

*non veritatem, sed probabilitatem statuit. Verum audiant illi Angelicum Doctorem inquentem: Omnis homo, a natura non degenerans, veritatem amat; & eam scire super omnia desiderat. Quam si quis concupiscit, vero corde, & eam que-rit in simplicitate cordis sui, ipsam manifestabit: & Deus, qui hoc promittit, verax est. Opus. 73.*

F I N I S.

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendissimo Patri Magistro Sacri Palatii Apostolici.

F. M. De Rubeis: Archiep. Tarsen. Vicefg.

IMPRIMATUR.

F. Aloysius Nic. Ridolfi Sacri Palatii Apostolici Magister Ordinis Prædicatorum.

# I N D E X

## R E R U M M E M O R A B I L I U M

Quae hoc COMMENTARIO continentur.

### A

**A**uthor Libri: *Dell' impiego del danaro. V. Impiego del danaro.* Andreae de Colonia Liber de Usura primus Gratianopoli, tum Romae damnatus. *Pag. 2. num. III.*

### B

Barbeyraci sententia de usura. *pag. 79. num. IX.* A Partibus fuisse reprobata quascunque usuras aperte fatetur. *ibid.*

Barchmanus Pseudo - Archiepiscopus Ultrajectinus adversus usurarum propugnatores insurgit. *pag. 5. num. X.* Cum Pseudo - Capitulo Ultrajectino Opus typis edidit, quo Catholicam doctrinam de usura egregie confirmat adversus Broederfenium. *pag. 6. num. XI.* Laudatur Brachmani Opus. *ibid. num. XII. & pag. 13. num. VIII.* Vid. *Census, & Janseniani.*

**BENEDICTUS XIV.** P. O. M. opinio-num monstra de impudicitia, non ita pridem typis cusa, execratur, ac damnat. *pag. 1. num. I.* Controversiam de usura, recens excitatam, expendendam committit peculiari Congregationi ab eo instituta Purpuratorum Patrum, Praelatorum, ac Theologorum. *ibid. & pag. 7. num. II. & III.* Epistolam Decretalem edit, qua convellit errores circa usuram, & Catholicam sententiam firmat. *ibid.* Totius Epist. accurata Synopsis. *pag. 8. & seqq. num. IV. & seqq.* Primus Dogmaticus error de usura in ea proscriptus. *pag. 8. num. V. VI. & VII.* Secundus item *Casualisticus. ibid. num. VIII.* Cur contra-

ctum, qui controversiae causam initio praebuerat, minime damnavit. *pag. 7. & seqq. num. I. & seqq. pag. 102. num. I.* Prudentissime abstinuit a proscriptione Librorum usuram moderatam tutantium. *pag. 13. & seqq. num. V. & seqq. V. Usura.* Sophisma ineptissimum solvitur eorum, qui mutatis vocibus probare putant nihil a **BENEDICTO XIV.** S. P. fuisse statutum circa praesentem controversiae statum de usura. *pag. 48. & seqq. num. I. & seqq. pag. 111. num. V. & seqq.* Aptissima documenta praebet in sua Decretali, atque executioni mandari praecipit. *pag. 84. & seqq. num. I. & seqq.* Prudentissime, ac gravi necessitate urgente damnavit illam Casuistarum sententiam, qua adferebant mutuo semper inesse quosdam titulos, vi quorum aliquid supra fortem percipi jure posset. *pag. 97. §. III.* Licet praeiteriverit silentio contractus illos, qui excitatae controversiae occasionem dederunt, ex iis tamen, quae constituit in sua Decretali, manifeste usuraria labe inquinati deprehenduntur. *pag. 102. num. I. pag. 110. & seqq. num. II. & seqq.* Sapientissime distinxit in sua Decretali titulos mutuo innatos, & intrinsecos, ab iis, qui extrinsecus mutuo adveniunt. *pag. 104. & seqq. num. I. & seqq.* Sapienter indicat qui sint Scriptores consulendi in moralibus controversiis dirimendis. *pag. 108. & seqq. num. IV. & seqq.* Diluitur eorum sophisma, qui sparserunt in vulgus, Summum Pontificem **BENEDICTUM XIV.** permisisse Edicto suo moderatum lucrum ex mutuo. *pag. 121. & seqq. num. I. & seqq.*

Boehme-

Boehmerus (Justus Hennigius) Catholicam de usuris sententiam egregie confirmavit. *pag. 78. & seqq. num. VIII.*

Bossuetus (Jacobus Benignus) Evangelio Lucæ vetitam esse quamlibet usuram docet. *pag. 137. & seqq. num. IV. & seqq.*

Bragadenus Episcopus Veronensis. *V. Veronensis Episcopus.*

Broederfen. *V. Nicolaus Broederfen.*

### C

Calvini sententia de usura. *pag. 1. num. II.* Caeremoniali praeepto vetitum fuisse Judæis putat, quod Evangelio abrogatum Christianos non obligat. *ibid.*

Carolo Molinæo auctore, usura commutanti justitiae minime adversatur. *pag. ibid. num. II.* Cum caritate pugnat, si nimia sit. *ibid.* Juste exigitur a divitibus, non item a pauperibus, aut ab illis qui ob fortuitum casum pecunia indigent, cui restituendae opportuno tempore pares sunt. *ibid.* Molinæi error de usura fusius explicatus. *pag. 41. & seqq. num. III. & seqq.* Fatetur, Theologos Scholasticos, Canonistas, & Legistas cujusvis generis usuras damnare. *pag. 77. num. V.*

Catechismus Concilii Tridentini quodlibet lucrum ex mutuo usuram appellat. *pag. 136. num. II.*

Casuistarum Torrecillæ, Tamburini, Lessii, de Lugo, Malderi &c. doctrina singularis de mutuo. *pag. 93. & seqq. num. II. & seqq.* Mutuo semper inesse titulos aliquos veluti innatos putant, quorum adminiculo aliquid supra fortem exigi potest. *ibid. & pag. 100. & seqq. num. II. & seqq.* P. Lessius damnatae propositionis Auctor, *pag. 96. num. XIII.* Mala fides P. Vivæ. *ibid.* Laxiorum Casuistarum doctrinam exseribit, ac confectatur Broederfenius. *pag. 99. & seqq. num. IV.* Arcanum probabilisticum, quo ingeniosi Juniores Molina, Lessius, Tamburinus, Lugo,

Gibalinus, Bonacina &c. contractus manifeste usurarios ab usurae labe liberant. *pag. 100. & seqq. num. II. & seqq.* Speciosa P. Pichleri opinio, qua usuram putat conditionate a Deo vetitam, si nimirum Principum consensu, civitatis, aut patriæ consuetudine non permittatur. *pag. 101. num. V.* Casuista, Catholici, & Novatores usurarios contractus sustinent, ac defendunt, diversis tamen principis innixi. *pag. 105. & seqq. num. I. seqq.* Utrorumque errores refellit, ac damnat Summus Pont. **BENEDICTUS XIV.** in sua Decretali. *pag. 106. num. IV.* Cardinalis Cajetanus, & Dominicus Soto plus æquo rigidi in eo quod spectat ad fructus perceptos a ministris Montium Pietatis, quibus usuram subesse putarunt. *pag. 108. num. II.* Quinam Scriptores consulendi in moralibus quaestionibus dirimendis ex praescripto Summi Pontificis **BENEDICTI XIV.** *pag. ibid. & seqq. num. IV. & seqq.* Censurae, & notæ qua ratione ferri impune possint in Casuistarum sententias laxas a privato Scriptore. *pag. 112. & seqq. num. I. & seqq.* Summorum Pontificum prohibitiones de censuris ferendis quomodo intelligantur. *ibid.* Quod unus, aut alter Casuista alicujus sententiae author sit, non continuo ea sententia inter Authores Catholicos controversa dici potest. *pag. 113. num. V. & seqq.* P. Leonardi Lessii damnata doctrina de pecunia praesenti majoris pretii, quam sperata. *pag. 118. & seqq. num. V. & seqq.*

Capitulum Ultrajectinum. *V. Barchmanus Pseudo-Archiepiscopus.*

Censurae, & notæ qua ratione ferri impune possint in laxas Casuistarum sententias a privato Scriptore. *pag. 112. & seqq. num. I. & seqq.* Summorum Pontificum prohibitiones de censuris ferendis, quomodo intelligantur. *ibid.*

Census reales sublatis in Belgio, & personales utrimque redimibiles perpetram subrogati. *pag. 2. num. IV.* De-

feruntur ad tribunal Theologorum. *ibid.* Doctores Lovanienses sua consultatione ceu omnino usurarios, aut usurae periculi plenos declarant. *pag. 3. & seqq. num. IV. & seqq. pag. 4. & seqq. num. IX.* Schirlandiae, & Gonda Pastores census ejusmodi, etsi de usura suspectos, tolerari posse putant ob patriae commoda. *pag. 4. & seqq. num. IX.* Novae turbæ, & disceptationes in Belgio circa ejusmodi census. *pag. 5. & seqq. num. X.* Pseudo-Archiep. Ultrajectinus ceu usurarios damnat, reliquosque inaugurandos Episcopos ut eisdem damnarent adigit. *ibid.* Doctores Jansenistæ calculum adjiciunt: nonnulli reipublicæ commodis studentes magis, quam veritati, oblectantur, & in Calvinii &c. sententiam abeunt. *pag. 5. num. XI.* Census personales utrimque redimibiles prorsus usurarii deprehenduntur. *pag. 117. & seqq. num. I. & seqq.* Census reales utrimque redimibiles sensim sine sensu in personales evaserunt apud Germanos ope Probabilismi. *pag. 119. num. VIII.* Quam a vero abluunt ii, qui ex censibus realibus ab Ecclesia approbatis, putant elici inde posse etiam personales census esse licitos, seu lucrum ex mutuo. *pag. 122. & seqq. num. I. & seqq.*

Claudius Salmasius Calvinii, ac Molinæi errorem de Usura amplificat. *pag. 2. num. III.* Usurae definitio ab eo tradita rejicitur. *pag. 23. & seqq. num. II. & seqq.* Miserum Salmasii effugium præcluditur. *pag. 32. num. VII.* Illius sententia fusius explicatur. *pag. 42. & seqq. num. X.* Negare non audet, usuram in Evangelio fuisse damnatam. *pag. 63. num. VI.* Cloppenburgius. *V. Joannes Cloppenburgius.*

Concilium Lateranense usuras Evangelio esse oppositas aperte docet. *pag. 65. num. X.* Innumera alia Concilia quamcumque usuram damnant, ac reprobant. *pag. 75. num. II.* Contractus a mutuo distincti justii & honesti sunt, si æqualitas servetur.

*pag. 86. num. I.* Si non servetur æqualitas, non usura, sed injustitiæ crimen committitur. *ibid.* Contractus a mutuo distinctos in eodem mutuo semper implicitos esse, eorumque titulo justum lucrum ex mutuo exigi posse temerarium est adserere. *pag. 9. num. XI. pag. 7. & seqq. num. II. & seqq. pag. 92. 93. & seqq. num. I. & seqq.* Variæ contractuum formulæ, quæ causam dedere gravissimo errori proscribendo; nempe mutuum semper comitari contractus aliquos, quorum præsidio lucrum justum evadit. *pag. 97. & seqq. num. I. & seqq.* Ineptæ contractuum formula a Broederzenio proposita rejicitur. *pag. 98. & seqq. num. I. & seqq.* Arcanum probabilisticum, quo ingeniosi Juniores, Molina, Lessius, Tamburinus, Lugo, Gibalinus, Bonacina &c. contractus manifeste usurarios ab usurae labe liberant. *pag. 100. & seqq. num. II. & seqq.* Prudentissime præterit Summus Pontifex BENEDICTUS XIV. eos contractus, qui excitatæ controversiæ causam dedere. *pag. 102. num. I. & pag. 110. & seqq. num. I. & seqq.* Ex iis tamen, quæ in sua Decretali constituit, manifeste usurae labe inquinati deprehenduntur. *pag. 111. num. I. & pag. ibid. & seqq. num. VI. & seqq. pag. 116. & seqq. num. I. & seqq.* Contractibus innominatis quam absurde abutuntur ex Casuistis nonnulli. *pag. 116. & seqq. num. II. & seqq.* Contractus, qui controversiæ causam dedere, usurarii probantur. *pag. 120. num. I. & seqq.*

Coreur. *V. Le Coreur.*

## D

De Colonia. *V. Andrea de Colonia.*

Dell'impiego del danaro; Liber sic inscriptus. *V. Impiego del danaro.*

De Lugo. *V. Casuistarum.*

Dominicus Soto, ceu usurarum patronus falso vocatur a Broederzenio, ejusque Interprete Italo. *pag. 64. num. VII. & ibid. num. IX.* Fuit plus æquo rigidus cum Cajetano in eo quod

## I

eo quod spectat ad fructus perceptos a Ministris Montium Pietatis, quibus usuram subesse putavit. *pag. 108. num. II.*

## E

Emanuel Maignanus ad errorem Calvinii &c. de usura proxime accedit. *pag. 2. num. III.* Eiusdem Dissertatio quinque Episcoporum, ac tandem Romanæ Sedis censura proscripta est. *ibid.*

## F

Fœnus. *V. Usura.*

## G

Gaytte (Jacobus) egregium opus edit aduersus usurarum patronos. *pag. 10. num. XIV.* Vulgatam definitionem mutui in bono lumine collocat, & ab adversariorum telis vindicat. *pag. 17. & seqq. num. I. & seqq.*

Grotius. *V. Hugonis Grotii.*

## H

Hæretici Scriptores plane multi fateantur, usuras cujusvis generis improbatas fuisse a Patribus, Conciliis, Pontificibus, Theologis, Canonistis &c. *pag. 177. & seqq. num. II. & seqq.*

Hebraeus Deus usuras concessit cum Amalecitis & Amorrhæis, quibuscum justa bella gerebant. *pag. 55. num. VIII. & pag. 58. num. III.* Vel certe usuras eisdem illis ob duritiam cordis permisit. *pag. 55. num. VIII. & seqq. & pag. 59. num. IV.* Hebræorum multa, & varia cum aliis nationibus commercia enumerantur. *pag. 60. & seqq. num. I. & seqq.*

Heinecius in mutuo transferri dominium fateatur. *pag. 129. num. XIV.* Aperta Heinecii antilogia. *ibid.*

Hugonis Grotii orthodoxa de usura sententia, sanctisque Patribus consentanea. *pag. 54. num. III. & pag. 77. & seqq. num. VI.*

Janseniani in Belgio fœderato controversias excitant de usura. *pag. 2. & seqq. num. IV. & seqq.* Nova dissidia excitata de eodem argumento. *pag. 5. & seqq. num. X.* Pseudo-Archiepiscopus Ultrajectinus usurarios damnat, reliquosque inaugurandos Episcopos, ut eisdem damnarent, adigit. *ibid.* Doctores Jansenistæ calculum adjiciunt. *pag. 5. num. X. V. Bar-chmanus.*

Imperatores. *V. Principes.*

Impiego del danaro. Author Libri Dell'impiego del danaro Molinæi, Salmasii, Broederzenii &c. errorem circa usuram data opera defendit. *pag. 6. num. XV.* Immoderatam, mordentem, atque opprimentem usuram a Scriptura & Patribus improbari putat; non item illam, quæ moderata est, atque a divitibus exigitur. *pag. 7.* Scitam vulgatamque doctrinam de pecunia suapte natura sterili, deque translato dominio in mutuo ceu fabulam habet. *ibid.* Capitalis ipsius error de dominio minime translato in mutuo, refellitur, totumque illius sistema evertitur. *pag. 30. & seqq. num. I. & seqq.*

Usuram lucrum ex mutuo definiti perperam negat. *pag. 21. num. IV.* Refelluntur ejus argumenta, quibus errorem oppositum suadere nititur. *pag. 34. & seqq. num. X. & seqq.* Sententia illius fusius explicatur; & cum Calvinii, Salmasii, Molinæi, Noodt, & Broederzenii errore congruere demonstratur. *pag. 44. & seqq. num. XIII. & seqq. & pag. 49. & seqq. num. I. & seqq.* Hæreticorum doctrinam manifeste sequitur. *pag. 50.* Totidem verbis exscribit errorem Salmasii. *pag. 51. num. VII.* Doctrinæ mutationem circa usuram Ecclesiæ affingit. *pag. 53. num. X.* Inverecunde lacerat SS. Ecclesiæ Doctores Ambrosium, & Thomam Aquinatem, quod errori suo manifeste repugnent. *pag. 58. & seqq. num. II. & seqq.* Veras usuras defendit. *pag. 59. & seqq. num. V.*

Textum

Textum Evangelii, quo usura damnatur, misere detorquet: pag. 64. & seqq. num. IX. & seqq. Perperam in subsidium vocat Dominicum Soto. pag. ibid. num. IX. In universam Scripturam Sacram Pyrrhonismum, & Scepticismum invehit; pag. 65. & seqq. num. I. & seqq. Sublimiores Theologiæ controversias dirimendas sibi sumpsit, quin unquam prius eisdem studuerit, aut de illis cogitaverit. pag. 66. num. IV. & pag. 81. num. I. Falso adserit a SS. Patribus noxiam, non innoxiam usuram fuisse damnatam. pag. 67. & seqq. usque ad num. III. Propriis armis jugulatur. pag. 74. & seqq. num. VI. Confidenter adserit Patres, Pontifices, Concilia, Theologos, & Canonistas moderatas usuras defendere, cum tamen vel ipsi Protestantes usurarum patroni aperte idipsum pernegent. pag. 76. & seqq. num. I. & seqq. Aut hæreticam, aut hæresi proximam putant Theologi Catholici omnes sententiam Broederseii, ejusque Interpretis Itali. pag. 80. num. XII. Idem ipse Broederseii Interpres aperte proficitur, se Calvinii, Molinæi, Salmasii, aliorumque Hæreticorum doctrinam de usura propugnare, eamque adversus Catholicos omnes sanam esse confidentissime adserit. pag. 81. & seqq. num. I. & seqq. Eandem sententiam a SS. PP. Conciliorum, ac Pontificum Decretis propugnari audacissime adserit. pag. 82. In mutuo semper adesse titulos veluti innatos putat, quorum causa lucrum ex illo percipi jure possit. pag. 96. num. XVIII. Principum potestate, ac legibus civilibus usuram licitam fieri posse putat. pag. 101. num. VI. Putat se in Paschali sophisma detexisse, cujus tamen sophismatis is ipse author est, in ejusque caput regerit. pag. 122. & seqq. num. III. Ex eo quod fructum ex realibus censibus percipere licitum est, inepte eruit, etiam ex mutuo lucrum moderatum percipi licite posse. ibid. & seqq. num. I. & seqq. Contra doctrinam

nam a proprio Episcopo Veronensi typis vulgatam insurrexit Broederseii Italus Interpres. pag. 136. num. III. Joannes Cloppenburgius Molinæi, Calvinique errores de usura amplificat. pag. 2. num. III. Interpres Italus Broederseii. V. Impiego del danaro.

## L

Le Coreur Author Libri Traite de la pratique des Billets &c. vulgatam mutui definitionem oppugnat. pag. 2. num. III. Mutuum alterum consumptionis, negotiationis alterum commentus est; ac illud quidem, non istud verum mutuum affirmat; atque ex hoc perceptum lucrum usurae labe expers esse putat, ibid. Leges civiles, aut patriæ usuras quantumvis moderatas licitas efficere minime possunt. pag. 101. & seqq. num. VI. Lessius (P. Leonadus.) V. Casuistarum. Lovanienses Doctores interpellati de sententia dicenda de censibus personalibus utrinque redimibilibus in Belgio inductis. pag. 2. & seqq. num. IV. & seqq. Una atque altera consultatione declarant usurarios illos esse, adeoque eliminandos. ibid. Broederseii Jansenianus mala fide Lovaniensium DD. sententiam exhibet. pag. 3. & seqq. num. VII. & seqq. De Lugo. V. Casuistarum.

## M

Maignanus. V. Emanuel Maignanus. Malderus. V. Casuistarum. Melanchtonis (Philippi) accuratissima usurae definitio. pag. 22. num. V. Quascumque usuras a SS. Patribus fuisse improbatas aperte docet. pag. 77. num. IV. Molinæus. V. Carolo Molinæo. Mutui vulgata definitio a le Coreur oppugnata. pag. 2. num. III. V. Le Coreur. Subinde a Broederseio. pag. 6. num. XIV.

num. XIV. Denique ab Italo Auctore libri Dell' impiego del denaro. ibid. num. XV. Eandem tamen vulgatam definitionem BENEDICTUS XIV. in sua Decretali confirmat. pag. 8. num. VI. & pag. 14. & seqq. num. I. & seqq. Mutationis contractui junguntur interdum tituli quidam, quorum causa lucrum ex pecunia credita licitum est. pag. 8. num. IX. & pag. 84. & seqq. num. I. & seqq. Falsa & temeraria est auctore BENEDICTO XIV. S. P. ea opinio, qua ait, semper adesse in mutuo titulos quosdam, ob quos lucrum ex pecunia credita perceptum licitum fiat. pag. 8. num. VII. pag. 84. & seqq. num. II. & seqq. pag. 92. & seqq. num. I. & seqq. pag. 104. & seqq. num. I. & seqq. V. Usura. Vulgata mutui definitio explicatur, ac defenditur. pag. 15. & seqq. & num. I. & seqq. quam Salmasius tradidit, rejicitur. pag. 23. & seqq. & num. II. & seqq. In mutuo transferri dominium statuit S. P. BENEDICTUS XIV., quo uno tota concidit causa Patronorum usurae. pag. 30. & seqq. num. I. & seqq. A Petro Lombardo ad hæc usque tempora omnes docuerunt, dominium pecuniæ sœnebris in accipientem transire. pag. 33. & seqq. num. IX. & pag. 128. & seqq. num. XII. & seqq. Refelluntur argumenta, quibus opposita sententia suaderetur. pag. 34. & seqq. num. X. & seqq. Festiva Tamburini doctrina de mutuo ob oculos ponitur, ac rejicitur. pag. 85. & seqq. num. III. & seqq. Ex eo quod Ecclesia probavit licitos fructus ex censibus realibus, inepte elicitur etiam, ex mutuo fructum percipere esse licitum. pag. 122. & seqq. num. I. & seqq.

Nicolaus Broederseii hæreticam Calvinii doctrinam de Usura amplectitur. pag. 3. num. VII. Mala ipsius fides in exponenda Doctorum Lovaniensium sententia. pag. 4. num. VIII.

Librum typis mandat, quo moderatam usuram non a pauperibus, sed a divitibus exactam non esse a Deo prohibitam, defendit. pag. 5. num. XI. Impugnatur peculiari opere ab Ultrajectino Episcopo, & aliis. ibid. Laudatur hoc Opus, pag. 6. num. XII. Alterum Opus Broederseii, quo moderatam usuram a divitibus perceptam lato calamo defendit. ibid. num. XIV. Broederseii Liber in Italiam delatus imperitos quosdam inficit. pag. 7. & seqq. num. II. & pag. 13. num. VII. Dogma contra usuram, & usuram ipsam penitus e mundo tollit. pag. 17. num. II. & seqq. Errores illius in definitione mutui, & usurae. pag. 29. & seqq. num. I. & seqq. Capitalis error Broederseii rejicitur, nempe in mutuo non transferri dominium. pag. 30. & seqq. num. I. & seqq. Refelluntur argumenta, quibus errorem defendit. pag. 34. & seqq. num. X. & seqq. Explicatur fufus illius sententia de usura cum divitibus licita. pag. 43. & seqq. num. XI. & seqq. Temere redarguit S. Basilium. ibid. & pag. 44. num. XII. Evangelium Lucæ usuram damnans, misere detorquet. pag. 64. & seqq. num. VII. & seqq. Perperam in subsidium vocat Dominicum Soto. ibid. Falso adserit a SS. Patribus noxiam seu mordentem, non innoxiam seu moderatam usuram fuisse damnatam. pag. 67. & seqq. usque ad num. III. Pontifices, Theologos, Canonistas &c. moderatas usuras approbare confidenter adserit Broederseii; cum tamen vel ipsi Novatores usurarum patroni aperte idipsum pernegent. pag. 76. & seqq. num. I. & seqq. Broederseii sententiam de usura aut hæreticam, aut hæresi proximam censent omnes Theologi Catholici. pag. 80. num. XII. Ineptam contractuum formulam exhibet, vitiosque, ac dolis plenam. pag. 97. & seqq. num. I. & seqq. Laxiorum Casuistarum doctrinam exseribit, ac sequitur. pag. 99. & seqq. num. IV. Noodt (Gerardus) fatetur, improbatam

perceptam improbant. pag. 67. num. I. Duplicis usuræ licita, & illicita, noxia, & innoxia apud Patres nullum vestigium; sed omnes indiscriminatim damnant. pag. 68. & seqq. usque ad num. III. Summorum Pontificum, & Conciliorum decreta quamlibet usuram damnant. pag. 75. & seqq. num. I. & seqq. Id vel ipsi Novatores usurarum patroni candide fatentur. pag. 77. & seqq. num. II. & seqq. Aut hæresis est, aut hæresi proxima sententia, quæ moderatas usuras licitas defendit. pag. 80. num. XII. Contractus usurarii, qui occasionem dederunt Summo Pontifici Casuistarum doctrinam damnandi. pag. 97. & seqq. num. I. & seqq. V. Contractus. Usuras conditionate a Deo veritas putant P. Pichler, aliique nonnulli; nimirum si Principum, Civitatum, aut patriæ legibus non permittantur. pag. 101. num. V. & seqq. Quam inepta sit ejusmodi opinio. *ibid.* num. VI. Contractus innominati sæpe usuras palliant. pag. 116. & seqq. num. II. & seqq. Usuræ quamvis moderatæ naturali jure vitæ sunt. pag. 125. & seqq. num. IV. & seqq. V. Contractus. Censuræ reales. Casuistarum. BENEDICTUS XIV.

Summ. Pont. Usuræ quantumvis moderatæ damnatæ hæreseos ab ipsis Probabilistis. V. Probabilistæ. Quas cumque a SS. Patribus improbatas docet Melancthon. V. Melancthonis (Philippi.) Usuræ accuratissima descriptio. V. *ibid.* Usuræ vera notio sapienter tradita a D. Bragadeno Episcopo Veronensi in sua Doctrina Christiana, a Cl. Viris Romæ approbata. pag. 136. & seqq. num. III. Usuram moderatam non a pauperibus, sed a divitibus exactam, non esse a Deo prohibitam libro typis edito defendit Broedersenius, impugnatus peculiari Opere ab Pseudo Episcopo Ultrajectino. V. Nicolaus Broedersen. Usuras quaslibet prohibuerunt Principes Ethnici, ac Christiani suis legibus. *Vid. Principes.* Usuras illi permiserunt sæpe, numquam probarunt. V. *ibid.* Usuras suo libro penitus e mundo tollit Broedersenius. V. Nicolaus Broedersen. Usuras omnes erga omnes vetari bene docet Natalis Alexander: ineptissimeque hanc doctrinam titulo novitatis carpit Author libri: *Dell' impiego del danaro*, approbans propterea licitas esse aliquas usuras erga aliquos. pag. 54. num. III.

F I N I S.

EXCUDEBANT ROMÆ  
NICOLAUS ET MARCUS PALEARINI  
BIBLIOPOLAE ET TYPOGRAPHI  
AD THEATRUM POMPEII  
ANNO CI. I. CC. XLVIII. MENSE SEPTEMBRIS  
SEDENTE  
BENEDICTO XIV. PONT. OPT. MAX.  
ANNO IX.

